

§. 6. *Mercenarius* negat majorem, & ad probationem dicit non quidem unum specie, sed tamen unum numero addere aliqvid supra Ens. Sed contra: id quod addit, cum sit aliqvid reale, erit ipsum quod; Ens, E. addet aliqvid supra seipsum. Si vero dicat non loqui se de omni Ente, quod etiam modos includat, urgeo: id supra quod unitas numerica aliqvid addit est Ens. Si igitur est unum numero praeclaram ab addito, nihil addit unitas numerica; sin minus dabitur quoddam Ens reale, quod non sit singulare de quo infra. Taceo quod *Mercenarius* more Scotistico respondit, cum favent Thomæ.

§. 7. *Ramoneda* respondet: Unum & Ens formaliter differre, quamvis materialiter sint idem. Per Tò formaliter intelligit differre ratione. E. etiam principia unius numero & Entis ratione differunt. *Soncinas* ait *Aristot. IV. Met. 2.* unde hoc argumentum sumunt, non loqui de unitate numerali, sed transcendentali. Verum & illa est Transcendens, & non datur unitas realis speciei praeter numeralem. Posset quod; aliquis pro omnibus sententiis adversis ex eō fundamento, quo à nobis differunt responderem, fieri unum numero per suam Entitatem, sed non totam. Verum obstat, quod altera quod; pars intrinsecè est una numero, & sequeretur si principia interna unius & Entis differunt ut totum & pars, unum & Ens quod; ut totum & partem differre, imò Ens aliqvid addere supra unum. Atq; hæc de hoc argumento falsius ut melius videatur quæ quisque effugia querat.

§. 7. 2. Quæ sunt principia Entis in universali universalia, ea sunt ejus principia in singulari singularia. Sed tota Entitas est principium Entis universale in universalis. E. Major probatur probabiliter ab analogia 2. quia principia universalia nullo alio differunt à singulari, nisi quod à multis singularibus similibus abstracthantur. Est hoc argumentum *Stahlij.* 3. *Durandus*: universale & singulare non differunt realiter, E. habent eadem principia. E. Entitas tota, quæ est principium universalitatis erit singularitatis.

§. 8. 4. Datur v.g. in Socrate natura intrinsecè ad ipsum determinata, quod concedit *Soncinas*, extra intellectum, & si negaret, daretur contra *Thomistas* universale completum in rebus Imò

etiam